In dei nomine amen. Anno domini millesimo quingentesimo xxx indictione xiiii
domini Johannis xxii die vii mensis maii. Consilii et
speciali consilio communis et populi Antiaorum et de terra de populo
ac rectorum artium Civitatis Amelie, ad sonum campane
et vocem preconum, maduro nollis et potestas viri Rami de
Mevania potestas dicte Civitatis in palatio communis mandato solito
congregato, dictus potestas una cum dicto consilio et ipsius consilii, aut
et voluntate et dictum consilium cum eo et eius aut et decreto,
fecerunt constituerunt atque legitime ordinaverunt. Nobilem
virum Johannem de Armino domicellum et familiarem, Re-
verendi patris et domini domini Johannis divina providentia sancte Sancte
Diaconi Cardinalis absente tamquam presente, eorum et dicte communis et
singulorum personarum de dicta Civitate, comitatu et diocesi, verum
et legitimum procuratorem, actorem, factorem et nuntium specialem
ad comparendum et se presentandum, syndicatio et procuratorio nomine
dicti communis et specialium predictorum, ad pedes sanctissimi patris et domini
domini Johannis divina providentia sacrosancte et universalis ecclesie
summi pontificis et dominorum Cardinalium et sacro eorum collegio et eorum
curia, et ipsum sanctissimum in Christo patrem et dominum dominum Johannem
summum pontificem in verum et ydoneum, et in sacrosancte Romane
et universalis ecclesie summum pontificem canonice statutum sive
et ex certa sua recognoscendum et confitendum, ipsumque
summi pontificis, dominorum Cardinalium et Romane ecclesie mandatis de
voto ac integraliter parendum. Sacramentum quoque fide-
litatis, obedientie et reverentie, ac mandata, pollicitationes summi
pontificis et ecclesie Romane et quodlibet alterius generis sacra-
menta in ea ipsorum et cuilibet eorum prestandum atque iurandum.
Dispensatorum quoque hereticorum Lodovici de Bavaria et fratris Ro-
de Corpore Antipape et eorum sequentium et adherentium operationes

Syndicatio ad dominum p.

Amelia
Riform. 9